

niunt aduos. inuestimentis ouium; Oues. molle pecus. corpus inerme.
animo placidum; Sic iussit xpc esse suos. Mites. non resistentes malo.
cum omnibus hominibus pacem habere. De uestimentis et cibis suis. a
lios alere; Omnia ista. cristianitatis sunt opera. et uestimenta ouium;
Qui ista non facit. lupus est. Lupus grece. Lycos dr. et habet a mo
ribus et hymologiam eo quod rapacitati sit semper deditus et cruori; Si
miles sunt. qui semper alios cristianos cupiunt depredare. aut per uio
lentiam. aut etiam quasi per legem mundanam. Si sunt de eius benefi
cio. aut etiam serui. uel si habent ministerium super illos. quaerunt oc
casiones. ut quasi per legem possint eos expoliare; Non cogitant quod
de una progenie sunt. et de uno patre. sed peius quam suos canes eos
tractant; Non considerant quod uno modo dominus illos condidit. et
uno sanguine redemit. Quod ipse dedit imperatori intranti in
mundum. dedit et mendico. Similiter exeunti. Nihil in hunc mun
dum intulimus. sed nec auferre quid possumus. nisi opera nostra; Non
erit in alia uita discretio domini et serui. nisi per merita; Multi cris
tiani dicuntur. sed actione lupi sunt. Multi non solum laici sed et cle
rici. lupi moribus sunt. qui in ouile domini intrauerunt uidentur. sed lu
pi sunt etiam et rapaces; Quicumque cum rapace consortium habet
similis est illi. quia paulus dicit; Si quis frater nominatur. et
aut auarus. aut rapax. et cetera. cum eius modi nec cibum sume
re; Qui pauperum annonas. pecunias praue deuorant. lupi ra
paces sunt; Sequitur. A fructibus eorum cognoscetis eos; Dicunt in
beneficio mei sunt. secundum legem accipio quod accipio. dominus dilexit.
Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Imperatori et regi hoc dixit; Qui
cumque a xpo xpianus dr. illi dixit; Recogita si ita uoluisses tibi
fieri. tunc facis bene; Si naliter. ueniet tempus quando ipse
erit in gloria tu in inferno; Fructus hominum sunt opera aut

Lupus grece. Lycos

A fructibus eorum cognoscetis eos

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm14066/0092